AMBROSIUS MEDIOLANENSIS
Admont, 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26121
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Addito enim numero fit alius numerus. abolet superior. & cognatio accedens noua. excludit superiorem. Ergo cum adicit abel auferet cain. quod nominum interpretatione plenius deprehendit. Cain etenim dicitur esse acquisitio. quod omnia sibi acquireret. abel quoque omnia referret ad dominum pia deuotione mentis adtentione nichil sibi arrogans ut superior fratris. sed totum tribuens creditori quod accepisset abeo. Due itaque secte sibi subdunt fratrum nomine repugnantes inuicem Contrarie sibi. unaque totum mentis suae deputans tamque principali. & quasi cuiuda cogitationis sensus motus omnis auctori. hoc est quae omnis inuentiones humano ascribit ingenio. aliaque tamque operatori creatori omnium deferet. & et tamquam parentis atque rectoris subdit omnia gubnaculo. Illa porro cain significat. haec posterior abel dicit. Has duas sectas anima una parturit. Idcirco germane habent. quod uno fundant utero. Sed contrarie sibi quae oportet eas cum quidam animae partu editae fuerint. diuidi ac separari. Repugnantibus enim hospitium esse unum perpetuo non potest. Denique rebecca cum duas naturas humani ingenii parturiret. unam malitiam boni. easque exilire intra uterum sentiret suum. esau enim typus erat malitiae. iacob figuram bonitatis gerebat. mirata quid illud esset quod discordiam quandam concepti cerneret fetus. consulit dominum ut passionem praederet. medelam daret.

Itaque praecantis est responsum editum. Due gentes in utero tuo sunt. Id duo populi de uentre tuo exibunt. Quod si ad animam referas. eandem genera tricem boni malique intelliges. quae ex quodam fonte animae utrique demanat. Sed hoc sobrius solet esse iudicium. ut repudiato malo tenuitiat quod bonum est atque confirmet. Primum quam pariat bonum hoc est reuerentiam domino debitam. ut ipsi totum deserta sua praefert. Cum uero genuerit confessionem quam defert domino. deponit sui cordis tumorem. Adiciens quoque bonum animae. dogma abel abstulit impium dogma cain. Ego tamen hoc loco sedim scripturam mysterium magis duxi populique intelligo. quod dominus adiciendo ecclesiae fidem pie plebis abstulit perfidiam populi praeuaricantis. quando quidem uerba ipsa hoc significare uideantur dicente domino. Due gentes in